

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**


**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

LXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

Et postrid. Cal. h. e. hodie alia celebramus sponsalia, Joh. Feneratoris adoptati ab Oeconomio Prædicatorum & cognate hujus Oeconomi. Hac de causa Mater & Soror se excusati volunt, quod per hunc nihil scripserint.



## LXXIII.

*Gratiam & pacem à Servatore Christo.*

**P**ropediem plura coram loquemur; nunc ut moram excusem, paucis hæc humanissime mi Erasme. Haerendum enim adhuc mihi est duabus his hebdomadibus propter Heri & Ecclesiæ negotia. Velim etiam Theologorum vestrorum Censuram de Collatione, quam mittimus, hic apparere, priusquam ego discedo. Multi & varii libelli, quot jam multis non Nundinis, hoc Mercatu allati sunt, quorum bonaam partem apud vos extare non dubito: de reliquis, si licebit per otium, commentabimur. Ut autem consceleratam quorundam malitiam videoas, en quomodo Lutheranis factionum studiis distractis illudant. Authoris nomen enim est additum, ego ausim affirmare, ex Orco & Styge ~~inveni~~ hanc Logicam promanaisse. Compescat te Deus Satan. Et hoc incendium è cathedra Lutheri nobis nascitur, quod præter Filium DEI nemo restinguet. Etiam veni Jhesu. Scripti pauca quædam Dn. D. Simoni, ut tu videbaris velle, tametsi maluissem ei nihil scribendo non molestus esse. Salutant te domestici, Weislandus, Mügius. Benè in DOMINO vale, Argentorato postrid. Calend Octobr, anno 1571.

*Tuus ex animo frater*

Johannes Pappus.

## LXXIV.

**S.** Quod salvus ad tuos redieris, cum tibi tum Ecclesiæ gratulor, maximè vero, quod domi pacata omnia inveneris. Domini beneficium est, cuius virtute repressa sunt inconsiderata pernicioſaque molimina; idem donet, ut porrò frui pace domestica possitis, inque publicam ædificationem studia omnia convertere. Satis enim & plus fari controversiarum foris est, quas ex æditis hisce præfertim nundinis hinc inde libellis licuit cognoscere, quez quantos triumphos exhibent hostibus res ipsa docet. Evidem si visum est Domino, sic nos cribrari, supplicibus votis invocari à piis omnibus debet, ut hosce tam graves paroxysmos ad sanitatem ipse convertat, & impio-